

## ELECTION DE S. S. PIE X

---

Annonce officielle

---

EX SECRETARIA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

Romae, Die 5 Augusti 1903.

Illme et Rme Domine,

**T** grave mihi accidit Amplitudini Tuæ obitum  
sa : me : Leonis Pp. XIII significare, ita nunc  
iusta recreatus laetitia certiozem Te facere  
propero die 4 vertentis huius mensis Emos Patres S. R.  
E. Cardinales in conclavi de more collectos in Summum  
Pontificem elegisse Emum ac Rmum Patrem Domi-  
num Cardinalem Iosephum Sarto Patriarcham Vene-  
tiarum, qui nomen assumpsit Pii X.

Debitis Deo grates referre decet, qui tam providum  
Ecclesiæ Pastorem dare dignatus est.

Proinde mandare velis ut singuli Tibi subiecti  
sacerdotes per triduum in Missa recitent orationem  
*pro gratiarum actione*, atque cures ut isti omnes cris-  
tifideles publicas Deo preces fundant pro singulari  
hoc beneficio in Ecclesiam collato.

Ego interim Deum precor ut Te diu sospitem servet.

Addictissimus Servus,

Fr. HIERONYMUS M. card. GOTTI, *Præfectus*.

ALOYSIUS VECCIA, *Secretarius*.